

213  
animalibus In quantum dñs dederit & temporis spatium fuerit differemus. Dicit  
ergo scriptura. pecusculum separationis & brachium oblationis manducabis in  
loco scō tu & filii tui & domus tua tecum. Legitimum enim tibi & legitimum filius  
tuis datum est sacrificii salutaris: filiorum israel, brachium oblationis & pec  
tusculum segregationis. Non omne pecusculum segregationis est pecusculum. nec  
omne brachium oblationis uel separationis est brachium. sed quō ad dñm meū  
ih̄m personam pontificis reuocauimus & ad filios eius scōs apostolos. Uideamus  
quomodo ipse pecusculum segregationis manducat & filii eius. alii autem non om̄s  
possunt segregationis pecusculum manducare. quid dignum est quod a rebus mun  
dis segregatur <sup>nec est</sup> commune cum reliquis nisi sola substantia trinitatis. Si ergo In  
tellegam quidem rationē mundi. non possim autem & iam dedō Intellegere. si  
cut dignum est. neq; reuelata mihi fuerit scientia di. manduco quidem peccus  
culum. sed non peccusculum segregationis. & iam si potero dicere. Ipse enim mi  
hi dedit commune quaesunt scientiam ueram ut sciam rationē mundi. & uirtu  
tem elementorum. Initium & finem medietatem temporum permutationum  
uicissitudines & conuersiones temporum annicirculos & stellarū positio  
nes. horū omnium scientia quae rationalis est peccusculi cibus est. sed non pec  
tusculi segregationis. Si autē potero dedō sentare quae magna quae cā quae uera  
sunt & secreta. tunc manducabo peccusculi segregationis. cum id quod ab omni  
creatura eminet & segregatur agnouero. Primus ergo peccusculū istud ue  
rus pontifex meus cōedit. quomodo cōedit. nemo Inquit nouit patrem nisi fi  
lius. Secundo In loco manducant & filii eius. nemo enim Inquit nouit patrem nisi  
filius & cui uoluerit filius reuelare. quib; autē aliis nisi apostolis suis reuelat. sed  
& brachium separationis uel oblationis. sicut & superius diximus. actus sunt & ope  
ra eminentiora ceterisq; utiq; primus ipse saluator & dñs meus Inpleuit. quomo  
do Inpleuit meus Inquit cibus est ut faciam uoluntatem eius qui emisit & perficiā  
opus eius. cum ergo facit uoluntatem eius qui misit eum In hoc non peccusculū sed  
brachium separationis cōedit. Similiter autē & apostoli eius cum faciunt opus  
euangelistae & efficiuntur operari Inconfusibiles. recte tractantes. sermone  
ueritatis separationis uel oblationis brachium cōediunt. uis ad huc planius